Jacobus <de Voragine> : Legenda sanctorum seu Lombardica historia Jacobus de Voragine
1488 Seite 443



eo ꝙ puella tam decora et nobilis viro se morti traderet: dixit ad eos. Hoc boni iuuenes non est iuuentutem perdere: sꝫ in melius mutare. Dare lutum ⁊ accipe aurum. Dare vile habitaculum: ⁊ accipere ꝑciosum. Dare breuē angulū ⁊ accipere forum ꝑlucidum. Si quis ꝓ nummo solidos daret nonne velocius festinaretis. Deus autē quod acceperit simplum reddet centuplum. et dixit. Creditis his q̄ dico? Et illi. Credimus xp̄ꝫ verum esse deum: qui talem possidet famulam. Vocato ergo Urbano episcopo. cccc. ⁊ amplius baptizati sunt. Tunc almachius sanctam ceciliā ad se vocās ait. Cuius ꝯditionis es? ⁊ illa. ingenua sum ⁊ nobilis. Cui almachius. Ego te de religione interrogo. Et cecilia. Interrogatio tua stultum sumit initium que duas rn̄siones. vna putat inquisitione concludi. Cui almachius. vn̄ tibi tanta presumptio rn̄dendi? At illa. De ꝯscia bona ⁊ fide non ficta. Cui almachius. Ignoras cuius potestatis sim? Et illa. Potestas vestra est quasi vter vento repletus. quem si acus pupugerit: omnis ꝓtinus rigor pallescit et quicquid in se rigidum habere cernitur: incuruat̄. Cui almachius. Ab iniurijs cepisti: ⁊ in iniurijs perseueras. Cecilia respondit. Iniuria non dicit̄ nisi ꝙ verbis fallentibus irrogatur. Vn̄ aut iniuriā doce. si falsa locuta sum. aut teipsum corripe calumniam inferentem. Sed nos scientes sanctum dei nomen omnino negare nō possumus. Melius est em̄ feliciter mori ꝙ̄ infeliciter viuere. Cui almachius. Ut quid cum tanta superbia loqueris? Et illa. Non est sup̄bia sed cōstantia. Cui almachius. Infelix ignorans. qꝛ viuificandi ⁊ mortificādi mihi est tradita potestas? Et illa. Contra veritatem publicam probo te nunc esse mentitum. Vitam em̄ viuentibus tollere potes: mortuis autem dare non potes. Es igitur minister mortis nō vite. Cui almachiꝰ Jam depone amentiam et sacrifica dijs. Cui cecilia. Nescio vbi oculos amiserꝭ. Nam quos tu deos dicis omnes nos saxa esse videmus. Mitte igit̄ manum ⁊ tangendo disce quod oculis nō vales videre. Tunc iratus almachius. iussit eam ad domum suam reduci. ibiqꝫ tota nocte ⁊ die iussit eam in bulliēte balneo concremeri. que q̄i in loco frigido mansit: nec modicum saltem sudoris ꝑsensit Quod cum audisset almachius: iussit eā in ipso balneo decollari. quā spiculator tribus ictibus in collo ꝑcussit sed tamē caput eius amputare non potuit. Et qꝛ decretum erat ne quartam ꝑcussionē decollandus acciperet. eam semiuiuā cruentus carnifex dereliquit. per triduum autem sup̄uiuens: oīa que habebat pauperibus tradidit. ⁊ omnes quos ad fidem conuerterat: vrbano ep̄o cōmendauit: di. Triduanas mihi inducias postulaui: vt hos tue beatitudini cōmendarem. ⁊ hanc domum meam in ecclesiam consecrares. Sanctus autem vrbanus corpus eius inter duos ep̄os sepeliuit. ⁊ domum suam in ecclesiam vt rogauerat consecrauit. Passa est autē circa annum dn̄i ducentesimū ⁊ vicesimū tercium: tempore alexandri imꝑatoris. Alubi tn̄ legitur ꝙ passa est tp̄e Marci aurelij q̄ impauit circa annū dn̄i. ccxx.

## Clemés dicitur

a cleos quod est gloria ⁊ mens quasi gloriosa mens. Habuit em̄ g̃tiosam mentem. s. purgatam ab oī sorde. ordinatam omni virtute: ⁊ decoratam nūc omni felicitate que consistit in hoc (sicut dicit Aug. in li. de trinitate) qꝛ ibi esse nostrum nō habebit mortem. nosse nostrum non habebit errorē amare nr̄m non habebit offensionem Vel dicit̄ a clementia. quia clemens et misericors valde fuit. Vel sicut dicitur in glosario. clemens. dulcis. iustus. maturus. pius. Justus in actione. dulcis in sermone. maturus in conuersatione. pius in intentione. Eius vitam in suo

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-286/0443
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG